Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

carnem. Convocans discipulis suis
illis. Misereor super turbam. quia
ecce iam triduo sustinent me
nec habent quod manducent. Et si di
misero eos ieunos in domum suam
deficient in via. Quidam autem ex
eis de longe venerunt. Et respon
dit ei discipulus eius. Unde illos quis
poterit hic saturare panibus
in solitudine. Et interrogavit
eos. Quot panes habetis. Qui
dixerunt. Septem. Et precepit tur
bae discumbere super terram. Et ac
cipiens septem panes gratias agens
fregit et dabat discipulis suis
ut apponerent et apposuerunt
turbae. Et habebant pisciculos
paucos et ipsos benedixit et iussit
apponi. Et manducaverunt
et saturati sunt. Et sustulerunt
quod superaverat de fragmentis et
impleverunt septem sportas. Et
erant qui manducaverant
viri quattuor milia et dimisit eos.

Sicut in holocausto arietum offer.
et hircorum et sicut in milibus agnorum
pinguium sic fiat sacrificium meum in con
spectu tuo hodie ut placeat tibi qui non
est confusus confidentibus in te domine. Secr.

Deus qui legalium differentias
hostias unius sacrificii per sanctum
ne sanguis accipe sacrificium a
devotis tibi famulis et pan
benedictione sicut munera a
bel sacrificia. ut quod singuli obtu

lerunt ad maiestatis tuae honorem
omnes proficiat ad salutem. Per. Com.

Indina aures tuas accelera ut eruas
nos. Deus. Tua nos domine medi
cinalis operatio. et a noxis pueri
tatibus clementer expediat. et
ad ea quae sunt recta producat. Ho.
feria iiii. Ad romanos. viii.

Fratres. Nihil dampnacionis
est his qui sunt in xpo ihu
qui non secundum carnem ambulant.
lex enim spiritus vitae in xpo ihu libe
ravit me a lege peccati et mortis.
Nam quod impossibile erat legi
in quo infirmabatur per carnem. de
filium suum misit in similitudinem
carnis peccati et de peccato dampnavit
peccatum in carne. ut iustificatio le
gis impleretur in nobis qui non
secundum carnem ambulamus. sed
secundum spiritum. Qui enim secundum car
nem sunt quae carnis sunt sapiunt.
qui vero secundum spiritum. quae sunt
spiritus sentiunt. Nam prudentia
carnis mors est. prudentia autem
spiritus vita et pax in xpo ihesu
domino nro. S. matheum. xvi.

Illo t. Accesserunt ad ihesum
pharisei et saducei. tentantes et
rogaverunt eum ut signum de celo
ostenderet eis. At ille respondens ait
illis. Facto vespere dicitis serenum
erit rubicundum est enim celum. et ma
ne hodie tempestas. rutilat enim
triste celum. Faciem ergo celi dijudi